

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 72. Argumentum sexagesimum secundum. Juxta sacros textus,
meritò suspecta est magnorum criminum pœnitentia, à qua facile & citò
receditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

C A P U T LXXI.

Argumentum sexagesimum primum.

Tam justa suspicio est, siorum paenitentiam, dum confinxerit, vel esse fidam, vel non esse plenam ac sufficientem, quam justa suspicio est, siorum Confessionem, & Communionem, esse infraclusam. Aliqui de hoc justissima suspicio est.

§. I V.

Gravissimorum Doctorum hac de re judicium.

94 **P**ropterea Doctores gravissimi & celeberrimi censent eos, qui post Confessionem & Communionem ad solita crimina semper redeunt, facile & citè redunt, ordinariè condensos esse de numero reproborum. Sic enim censet S. Thomas Villanova, cuius verba habes capite praecedentem. §. 2.

Sic etiam Bellarminus l. 1. de arte moriendi c. 12. ubi sic: *Siquis inventatur, qui Sacramenti sacramenti frequentet mysteria, vel omnibus dominicis, vel etiam quotidie (si Sacerdotio fangatur) & tamen neque a peccatis letalibus sibi caveat, neque in bonis operibus serio se exerceat... lucris pecuniarum imbut, carnis illecebris delectetur, &c. iste cerè carnem Dominicam ad judicium sibi manducat, &... Judas proditorum imstat, de quo Christus ait: Melius eras ei si natus non fuisset homo ille. Generalius loquitur ibidem l. 2. c. 16. ubi inter reprobos & damnatos numerat ferè innumerabiles, qui non disderunt bellare bella Domini, sed abique ulla resistentia, suscipiant vulnera diabolus, & moriuntur morte prima, que est peccatum letale. Et quia timidi, seu incuriosi sunt in agendo penitentia (cum non audeant castigare, & in servitatem redigere corpus suum, à quo confutundari, facile & citè recidivantes, upsursum abhorcent) iadè incident in mortem secundam, que est gehenna.*

Sic Ludovicus Granatensis to. 2. concionum de temp. conc. 2. Aſſeverare non dubito, inter omnia mala, quibus nunc mundas premunt, hoc ubi vel omnium maximum, vel unum inter maxima communerandam videri, quod intelligam maximum bonum turbam in somno saluis aeternè discrimine versari, dum hoc modo confundantur, & ut peracta Confessione, in eadem criminis relabuntur.

Sic Cornelius à Lapide in cap. 2. epist. S. Jacobii v. 13. ubi postquam dixit, autoritate & ratione suaderi, plures ex adulis Christianis damnari, quam salvare: illis, qui upsursum damnantur, accentus eos qui malos habent habitus inebriandi, forniciandi, rixandi, pejerandi, &c. qui mox à Confessione ad suas cupiditates & fecula redeunt.

Sic Franciscus Labata in Thefauo Morali to. 2. verbo recidivatio propos. 4. Fieri potest, ut qui è numero electorum est, relabatur; sed frequens prolapsus, apertissimum signum est damnationis.

Sic Iulius Caesar Receptus in crudelissimo Opere de signis praedelli, & reprob. tr. 2. c. 6. Omnes ii qui ita mortaliter peccant, ut cadendo & resurgent vita tranfigant, regulariter & iuxta leges communis pertinent ad reprobos.

Sic noster Antonius à S. Martino in landatissimo libro, cui titulus: *Les conduites de la grace*, &c. p. 1. verit. 8. ubi dicit, facile & citè post Confessionem in primitiva criminis recidentes, ordinarie esse in malo statu, in eoque ordinariè mori, delperatam denique esse eorum salutem. Similia habet Drexelius in Zodiaco Christi signo 11.

Tom. III.

C A P U T LXXII.

Argumentum sexagesimum secundum.

Juxta sacros textus, merito suspecta est magna criminis paenitentia, à qua facile & cito receditur.

Probatur ex Apostolo 2. Cor. 7. Et Eccli. 3. Pœ. 952. penitentia namque, si vera & plena est, iuxta Apostolum ibidem aliquid stabilitatis habet. Tamè enim necessaria talis esse non debeat, ut semel habita nunquam amittatur, nec universim falsa sit paenitentia, quam sequens coquinat culpa; veram nihilominus plenaque enormium criminum paenitentiam, saltem eateius stabilem esse, quatenus ea facile & citè non repertur, Apostolus ibi significat, dum ait: *qua secundum Deum tristitia est, paenitentiam, in salutem, stabilem operatur.* Quia vox stabilem ibi secundum Chrysostomum & textum Gracum refertur ad paenitentiam, inquit à Lapiде in eum locum. Si enim textus Grecus habet: *qua secundum Deum tristitia est, paenitentiam impenitentiam in salutem operatur.* Et verò paenitentia, de qua peccator facile & citè paenitet, id est à qua per relapsum facile & citè discedit, nullus ponit ex paenitentia fructibus, ibidem ab Apostolo recentius, ut experientia docet. Ex toto proinde contextu, Graecoque & Latino textu inter se collatis, colligitur, veram & plenam de peccatis, saltem gravioribus, paenitentiam, hoc saltem fenu, stabilem est debere, quatenus ab ea nec citè, nec facile peccator excedit per relapsum, per quem quasi paenitet de paenitentia.

Quod & confirmat Sapiens Eccl. 3. *Qui diligit Deum* (uti diligit omnis qui paenitet ut oportet) *orabit pro peccatis, & continebit se ab illis.* Quod profecto non solum verificatur pro tempore quo diligit. Cum textus ipse amplius evidenter significet; neque enim dicit: *Qui diligit Deum, orat pro peccatis, & continebit se ab illis;* sed *continebit se.* Quomodo etiam Salvador Joan. 4. non dicit: *Siquis diligit me, sermonem meum servat, sed in futurum servabit.* Vide dicta libro praecedentem n. 551.

X x. 2